Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26117
Copyright: Admont, Benediktinerstift



auditoribus dulcitur instillant. Fauus est mel in cera. Mel
autem in cera est spiritalis intellegentia latens in littera. Sed fa
uus distillat. dum dulcis allegoria de littera manat. Aliter.
In fauo mel latet. cera uidetur. sic fragilis caro uidetur. in qua
sapientia ut mel in cera absconditur. Mel et lac sub lin
gua tua. Lingua est interpres cordis. quia quod cor cogitat.
hoc lingua profert. Cor ecclesie sunt sapientes. qui per spiritum sa
pientie diuinos sensus concipiunt. et eos scribunt. Lingua
uero eius sunt. qui ea interpretando profert. quae illi cordis conceperunt. Mel est
dulcis doctrina allegorie quae doctis congruit. lac sim
plex doctrina hystorie quae paruulis idem in doctis
conuenit. Mel et lac sub lingua ecclesie esse dicitur. cum utraque doc
trina allego[illegible]rica et hystorica corde concepta tan
ta uerborum [illegible]e sue uis[illegible] dulcedine profert. quanta dulcedo
in melle[illegible]imabus redd[illegible] et lacte sentitur. Et odor uestimen
torum tuorum [illegible]rat uelatu[illegible] sicut odor thuris. Uestimentis
nuda feditas [illegible]tur. Hic e[illegible] tegitur. Uestimenta ecclesie sunt bona
opera. quibus tegit[illegible]mibus p[illegible] turpitudinem precedentium de
lictorum. Odor quoque uesti[illegible]mentorum sunt exempla bonorum operum.
quibus contra uicia pugnaturi quasi lorica uestiuntur. quo
possint omnia tela nequissimi ignea extinguere.
Qui odor est sicut odor thuris. quia sic deo placet studium
bone actionis. sicut incensum orationis. Odor enim thu
ris designat incensum orationis. ut scribitur. Dirigatur
oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Hortus conclusus

Cor sapientes.

Uestimenta bona opera.